

inquit hoc modo sepius vincere. Jubensq; vasa colligi. copias que superfuerant domum remisit. Ipse adianopolim reversus deo suo que victoria fecerat vota per soluit. Ex in volucris animo regni curas vere felicitatis expertes esse. In constantiam quoque fortune veritas. que nulli preceuo bona est. accersitis punitiaque maioribus Maomethem ex liberi suis natu maiorem pro se regem constituit. Ipse privatam diligens vestam in asiam prefectus tuus paucis octo sui comitibus religioni cuiusdam solitarie scise addixit. Calibassa inter Satrapas Turchorum opibus et autoritate maior Maomethi quod non dum per etatem aptus esset Imperio gubernator datus Reliqui regis filii. ne quas regno turbas excitarent more gentis necati sunt. Felicius apud Turchos primatis quam regibus liberis nascuntur. effluxit deinde non paruum tempore in quo nec hungari thurchos. nec thurci hungaros armis lacestere presumperent. Sua quemque calamitas domi attonitum tenuit. Cruentissima Carnensis pugna vires utriusque partis eliserat. Nec turchis. neque hungaris. Rex bello idoneus erat. hos huniades. Illos calibassa alieno nomine gubernauit ferotiori huniades: reique militaris pitior. Ignominiaz Clarnae acceptam obliuisci non poterat. Tunc dies noctesque meditabatur quo nam pacto abolere infamiam et resarcire dampna maxime posset. Specie bono gerende rei Thurcorum quiescebat. Qui iam perdem nullum belli apparatum ostenderant. vires illis atque animos defuisse ratus. tempore idoneus existimauit in quo persistinam recuperare gliam posset. turcosque pressundare. quibus si adsint exercitus. Imperatorem tamen prius defuturum arbitrabatur. Nec magi existimandum exercitum sine duce. quam ducem exercitu carentem. Coactis itaque repente copiis ex Hungaria. accersitis Bohemorum auxiliis. mercenarioque quoque militum non parua manu coacta ducere exercitum in Turchos statuit. Quos prius aggredi ac percussere credidit. quam nouisse ex Hungaria nunciaret. Ex rebus gerendis solertia